Quelle: https://manuscripta.at/?ID=25962
Copyright: Admont, Benediktinerstift



70

hic de aqua uetris hystoriae uinum factum est spiritalis intellegentiae. In
tertia aetate dictum est qd abraham uoluisset offerre filium suum. et p eo p
di p uidentem aries est immolatus. Hoc quasi aqua nihil proficere uide
batur. ante quam illud xpe inuinum spiritalis sensus conuertisset. Nam
abraham significat dm patrem qui pprio filio suo n pepercit sed pnob
omnib tradidit illum. Qui obediens patri factus est usq: ad mortem. et mor
tuus est ppter dedicta nra. Ibi tunc abraham non filium immolauit
sed arietem. quia non diuinitas xpi mori potuit sed humanitas quam
pnobis suscipere dignatus est. In quarta aetate dauid gyganteum occi
dit pp gladio. Quid nob hoc profuit. si xpe nobis spiritalem sensum q
phoc factum significat non demonstrasset. Dauid interpretatur manu
fortis. significat xpm de quo dr: Dns fortis et potens. dns potens in
plio. Qui hostem pstrauit p suam mortem. nam quia ille innocens mortuus
est. nos mortis obnoxii liberati sumus. et quasi proprio gladio diabo
lum occidit. Gladius enim diaboli mors fuit. qua omne genus humanum
ante aduentum xpi tenebat captiuum. Quam mortem cum xpe uoluntarie
susceperisset. ab etna nos morte liberauit. In quinta aetate ppls
di in babylonia tenebat captiuus. et p ihm sacerdotem magnum eiq;
socios ad terram repromissionis reductus est. Hoc cum nob dicitur quasi ag
saporem sentim. sed pdi gratiam inuinum conuertitur. cum intellegimus
haec omia spiritalit impleta in nob. Babylon interpretatur confusio.
significat confusionem ignorantiae. in qua tot mundus tenebat
captiuus. ante quam p ihm xpm liberatur. Et ppls qui sedebat in
tenebris uidit lucem magnam. et ad terram repromissionis reductus est.
De qua terra psalmista dicit. Credo uidere bona dni in terra uiuentium.
In sexta aetate xps resurrexit a mortuis. et ascendit in cados. significat
qd ds pater qui illum suscitauit a mortuis omis quoq: credentes et
in fide perseuerantes resuscitabit a morte. et consedere facit in celesti